



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae

Mallinckrodt, Bernhard von

Monasteri[i] Westphaliae, 1640

Ad Reverendissimvm, Nobilissimvmqve Dominvm Decanvm  
Monasteriensem, Bernardvm à Mallinckrodt, &c. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11835**

A D

**REVERENDISSIMUM,**  
**NOBILISSIMUMQUE DOMINUM DECANUM**  
**MONASTERIENSEM,**  
**BERNARDUM**  
**à MALLINCKROT, &c,**  
**Literarum ac Literatorum Mæce-**  
**natem.**

**Centenarius Hendecasyllaborum,**

**O** Tium sine literis pudenda  
Mors, & viui hominis graue est  
sepulchrum; (ster.  
Vita inquit Seneca entheus Magi

An non aureolum haret hocce dictum  
Insculptum intimius Tuis medullis,  
MALLINCKROTIADÈ insolente nista  
Dum Musas colis? ingeni geniq;  
Musas delictum Tuis; quibus iam  
Viuentes apud, atque apud nepotes,  
Si prouum genij sequare ductum,  
Æternam potes excitare famam.

Illustri, ecce, Tibi prauit ausu,  
Signauitq; viam Rudolphus ille,  
Quem natalibus inclutis, & altâ  
Patrum nobilitate diuitauit  
Præclarissima Langiorum origo:  
Miraculum Ansonia & simul Palastra

Lingua Langius, atque vatum ocellus,  
Ille, ille, emeritus Tibi insecuto,  
Amplio lampada tradit apparatus,  
Hoc ergo duce & anteambulone,  
Dum pergis solitis modis; & astu  
Has Diuas colere atque deperire;  
Pro certo soluent Tibi brabio  
Et clarum simul & perenne nomen;  
Quod post nos veniens stupefcat atas,  
Et nullo queat interire fato  
Annorum rotio senescit aurum,  
Et templa è solido cauata saxo,  
Quas ex marmore stare iam columnas  
Cernis, tempore spontè collabascunt.  
Nempe hac omnia destruit vetustas,  
Absorbetq; vorax, quod instat, aenum;  
At sola hac monumenta fixa perstant,  
Que Virtus sacra; qua suis Doxores

Erexi-



**Eraxere Heliconides Alumnis.**

MALLINCKROTTIADE, ecce singulari  
Nuper dexteritate Literarum  
Naturam simul explicasti & usum;  
Insuperq; aliquot noua addidisti  
Antiquis Elementa primis, ex quo  
Tanto Auctore vocabitur nonarum  
Mater, Vrbs Mimigroda, Litararum;  
Vrbs per Westfalix solum omne princeps,  
Vrbs qua Gymnasium toga sagiq;  
Vrbs qua Iustitia celebre templum,  
Et vera pietatis officina est  
In praesens parili sagacitate,  
Quanam origine pullularis Archi-  
Cancellarium honorq; dignitastq;  
O factum bene perquis explicare.  
Hunc mox excipit elegans & alter,  
Sub pralo modo Kinchij gemisiscens,  
De Typographica Libellus A. re:  
Quem Moguntia vindicem ac Patronum  
Inuidum decoris sui astimabis,  
Assertum hinc sibi gratulans honorem,  
Quem non nemo sat impudenter audes  
Harlemum ad Batauam vocare gentem.  
Tandem hunc ordine Circuli sequuntur  
Romani Imperij, libro expediti  
Limato satis & satis polito.  
Scriptores taceo Tuos Latinos,  
Vastum me hercle opus: insuper Tuorum;  
Praclarissima Facta Westphalorum,  
Seuero modo qua astuane sub ungue,  
Et quos praeterea sagaces curi  
Reum saxonicarum inuolutos

Audabas Veterum expedire gryphos,  
Hos, inquam, taceo; immo prater isthac,  
Qua seruas pluteis parata luci,  
Tacebo pariter; quibus profecto  
Immortalibus inferes papyris  
Nomen, at tabulis perennis aui:  
Quod sancte voueo, augurorq;, & oro  
Per Musas, Charites, patremq;, Phœbum,  
MALLINCKROTTIADE helluo librorum,  
Et largè bibo multus Hippocrenes.  
Si Te iam stimulat fames honoris;  
Æternumq; uoles Tuæ superbos,  
Fama praeperibus leuatus alis,  
Olim per patriæ volare saltus;  
Langio duce & anteambulone,  
Vitas stadium quod institisti  
Perges currere persinace passu.  
Infame licet, inuidiq; Momi,  
Et Dranca, Brosiq;, Zoiliq;,  
Et Burri, & genus omne Marculorum  
Infandum crocitant procace lingua,  
Et saudam rabiant procace dente,  
Nobisq;, unanimi obstrepant tumultu;  
Nil hos scemineos moremur estus,  
Et nos haut moueant magis minace  
Anserum strepitus; nec Arcadum omnia hoc  
Vnius pecus astimemus astu.  
Qua mentis magè, sensibusq;, nostris  
Noctes atque dies oberret illud  
Diuinum Senecæ aureumq; dictum:  
Otium sine Literis pudenda  
Mors, & viui hominis graue est sepul-  
chrum.

Bernardi Rottendorff I Com. Palat. Cæs.  
Sereniss. Elect. Colon. ac Reipubl.  
Monast. Medici,

:):):

SVM